



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

X. Testamentum Riculfi Episcopi Helenensis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

## X.

## Testamentum Riculfi Episcopi Helenensis.

*Ex Chartulario Ecclesie Helenensis.*

**I**N nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno Verbi incarnati DCCCCXV. Indictione III. Riculfus Dei gratia sedis Elenensis Episcopus donator ad domum sanctæ Eulaliæ virginis & martyra Christi matrem Ecclesiarum Russilionensium sive Confluentium necnon Valle Aspiri, successorésque mei ibidem Domino militantes. Ideo dono ego Riculfus gratia Dei Elenensis sedis Episcopus præfatæ Ecclesiæ vestimentis sacris quæ adquisivi, & libris, seu & calices, cum patenis & rebus quæ in cultu Dei pertinent, quorum per nomina vocabula illorum. id est, cruces duas aureas cum gemmis preciosis, capsam eburneam unam, calices argenteos, unum cum auro cum patena, & alium sine patena, & alium calicem quotidianum, Sion argenteum optimum unum, incensarios II. cum cathenis argenteis, candelabros cum argento quatuor, conchas æreas II. ad chrisma conficere urceolo I. cum aquamabile, ansatum æreum I. ad aqua benedicta, serindos paria I. ad vestimenta sacra salvandum, pectenem eburneam unam, tabulas eburneas duas, caligas & sandalias paria duo, amictos cum auro quatuor, albas quinque, tres claras, & planas duas, roquos quatuor, unum purpureum cum auro, & alium palleum Græco, & alios duos in Græcia factos, zonas quinque, una cum auro & gemmis pretiosis, & alias quatuor cum auro, stolas quatuor cum auro, una ex illis cum tintinnabulis, & manipulos sex cum auro, unum sex iis cum tintinnabulis, casulas episcopales optimas tres, unam dioprasiam, & alias duas de oredonas, anulum aureum unum cum gemmis pretiosis, & vuantos paria unum, camisas ad Textum & Missalem quatuor, unum cum auro purpureum, & alios palleos corporales quatuor, palleos quatuor, è brofdo unum, dalmaticas tres, ca-

pas duas, una purpurea, & alia bition, toalias olicias  
 duas, una cum argento vel clavellos spaniscos duos,  
 altare argenteum unum, facistergio uno, cessori pallio  
 uno. Librorum quoque numerum per vocabula ipso-  
 rum. id est, Textum evangeliorum unum, Missales  
 tres, unum quoque Missale & Lectionarium in uno  
 volumine, alium verò Missale cum Antiphonario in  
 uno volumine, Smaragdum unum, Traditiones evan-  
 gelij & epistolas libros duos, librum Rabanum unum,  
 Expositum in evangelium & epistolas, Eptaticum  
 unum, Expositum super Genesis librum unum, libro  
 Salomon uno, libro Machabæorum uno, librum Job,  
 & Tobia, & duodecim Prophetas minores in uno vo-  
 lumine, libro uno Tobia, Judith, Esther in uno vo-  
 lumine libro uno, Martyrologium optimum unum,  
 Psalterium unum, Canones duos, quaterniones de ca-  
 nones, librum Augustinum unum contra quinque hæ-  
 reses, Orationarios libros duos, Cyclum unum, Sen-  
 tentiarum de diversis causis librum unum, libros le-  
 gis duos, unum Romanum, alium Gothorum, qua-  
 terniones optimos super Genesis & Regum & Macha-  
 bæorum & Prophetarum luculentissimè expositum in  
 uno volumine, ad Ecclesiam consecrandam quater-  
 niones duos, ad visitandum infirmum quaterniones  
 duos, ad ordinationes ecclesiasticos quaternione uno,  
 Medicinale unum. De his itaque rebus, & de aliis per  
 testamentum, quod detestatum habeo, dono præfatæ  
 Ecclesiæ sanctæ Eulaliæ in Comitatu Ruffilionensium  
 five Confluentium atque Valle Aspiri, quicquid in iis  
 locis adquisivi, aut auxiliante Deo acquirere potue-  
 ro, tam ex comparatione quàm ex commutatione &c.  
 --- Facta scriptura donationis istæ v. Idus Decem-  
 bris anno xviii. regnante Karolo Rege filio Lu-  
 dici.

*Error in annis regni Karoli. Legendum itaque xxiii.  
 pro xviii.*

